





1787, 12.

Fe

N V J D

PROBLEMA  
IVRIS FEVDALIS SAXONICO-ELECTORALIS  
NVM IN SVCCESIONE  
IN FEVDVM COMMVN  
COINVESTITI COMPOSSESSORES  
SIMVLTANEE INVESTITIS POTIORES SINT?

---

DISSERTATIO  
QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII AVCTORITATE  
PRAE SIDE

JO. ADAMO THEOPHILO KNDJO  
*JURISCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, IMPREMAE IN  
PROVINCIA CURIAE ADSESSORE, IVRIS SAXONICI PROFESSORE  
PUBL. ORDIN. ACADEMIAE LIPSIENSIS SYNDICO.*

A. D. XIII. DECEMBER. A. C. N. CLXXXVII

IN AVDITORIO ICTORVM  
DEFENDET  
AVCTOR  
G V N T H E R A B V N A V  
EQVES MISNICVS.

---

LIPSIAE,  
EX OFFICINA KLABARTHIA.

PROBLEMA  
VARIS LEADVIS ZYKONICO-ELCOPRIVIS  
NAU IN SACELLAIONE  
IN HEAVEN COMMUNE  
CONVENTU COMLOSSORIS  
SIMILITANNE INVERITATIS LOCIONES SINT.

DISSESTITIO  
OVA  
ETASIS ICOTRYM COTTERI AC TOTMATE  
S A V A S I P A  
OC R U M O C K O S O Z K E D U N E K  
A C T I O N E S  
A C T I O N E S  
A C T I O N E S  
A C T I O N E S  
A C T I O N E S  
A C T I O N E S  
A C T I O N E S

EX LIBRIS UNIVERSITATIS ETATIENSIS

ILLVSTRISSIMO  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
CHRIST. GOTTHELF  
LIBERO BARONI  
<sup>DE</sup> GUTSCHMID  
DYNASTAE IN KLEIN-WOLMSDORF  
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE  
ET SANCTIORIS ADMISSIONIS MINISTRO COMITIQVE  
CONSISTORIANO REL.  
DOMINO AC MAECENATI  
INDVLGENTISSIMO

SACRVM

WALDEMARUS  
ETIACISTRASIMO DOMINI  
EXCELESTINTISSIMO DOMINI  
CHRIST. GOTTHEIT  
PEREGRINATIONI  
EXUTSCHEID  
HABENDA  
ET SANCTIORIS AVISSESIONIS MIRABILIO COMITIO  
CONSTITUTIONE PRO  
DOMINO AC MARCENATI  
INDAGENTISSIMO

1712 AM

**ILLVSTRISSIME  
EXCELLENTISSIONE DOMINE**

**C**um collocatam in illustriſſimo honorum fastigio  
virtutem tanta omnes soleant admiracione ſu-  
ſpicere, ut propius ad illius conſpectum admo-  
veri ſe, probarique ipſius iudicio quam maxime cupiant,  
*TV*, Domine Illuſtrissime, mihi quoque ad *TE* nunc  
accidenti atque hunc tenuem libellum nomini *TVO*  
ſplendidiffimo inſcribere auſo, benigne, quaeſo, igno-

scas. *Etsi enim pudorem meum dulcissima spes consolabatur, fore, ut quam a TE, pro singulari TVA erga omnes doctrinae liberalioris studiosos benivolentia, multi alii scripta sua TIBI offerentes, audaciae veniam impetrarunt, eadem et mihi non denegaretur; tamen sentiebam temeritatis suspicionem vix me euasurum, qui elegantissimo iudicio Viri, cum omnino iuris prudentissimi, tum illam iuris scientiam, quam dissertatiuncula haec mea attingit, in primis docti atque olim in hac bonarum litterarum vniuersitate maximo cum omnium plausu professi, has studiorum meorum primitias subiicere sustinuerim. Quae quidem cogitatio animum admiratione TVI, debitaque tantorum meritorum TWO-RVM splendori reuerentia plenissimum ita commouebat, ut facile possem vel deberem potius a consilio deterreri. Verum, quidquid erat huius timoris, tandem prorsus abieci, ingenii TVI elegantiam atque excellentem in iudicando grauitatem TVAM non magis venerandam esse ratus, quam admirandam animi TVI humanitatem, innumeris documentis declaratam. Quamobrem, si qua in*

in hoc, quem **TIBI** pia mente consecro, libello iuueni-  
liter dicta deprehenderis, ea **TE** infirmitati iuuenili  
condonaturum spero. Dulcissimum quidem laboris mei  
fructum percepisse mihi videbor, si et studiorum meo-  
rum rationem non prorsus displicuisse **TIBI**, et me a  
**TE** haud indignum censeri cognouerim, quem in clien-  
telam **TVAM** recipias. Etenim hoc veluti littera-  
rum curriculum prope emenso, quaerentique Maecenatem,  
cuius praefidio nixus ad rempublicam accedere possem,  
in primis **TV**, Domine Illustrissime, occurrebas, quem  
iudicabam studia mea iuuare atque ornare et velle et  
posse. Quod quidem iudicium meum uti luculenta pro-  
pensa in patrem carissimum voluntatis **TVAE** argu-  
menta confirmant, ita, certo spero, fore, ut qui pa-  
rentem in tutelam receperis, Idem non repudies filium,  
qui tanta in **TE** pietate atque obseruantia adfectum  
animum sentit, ut studio **TVI** colendi a patre se vinci  
nullo sit tempore passurus. Caeterum Summum Numen  
ardentissimis imploro precibus, ut **TE** uniuersae patriae  
ornamentum ac dulce decus saluti publicae familiaeque

**TVAE**


*TVAE splendori diutissime salum atque incolumem  
praefet, et omnibus iis bonis cumulatum ornatumque  
esse iubeat, quibus felicitas humana in summo TVO loco  
censemur.*

**ILLVSTRISSIME  
EXCELLENTISSIME DOMINE  
SPLENDIDISSIMO  
NOMINI TVO**

Scripti  
Lipsiae a. d. X. Decembr.  
clocclxxxvii.

*deuotus addictusque*

*GÜNTHER A BÜNAV.*




*Instituti ratio.*

**E**dituro mihi libellum academicum, diuque et multum dubitanti, cui in primis loco tractando haud inutiliter impendi posset opera, Praeses huius disputationis auctor suasorque extitit, ut quaestione feudalem, *virum in successione in feudum commune coinvestiti compossores simultanei inuestitis potiores sint, an hi vna cum illis aequali iure ad successionem feudalem admitti debeant?* secundum ius patrum enodarem, quod illa ab eo inde tempore, quo in curiis feudalibus Saxoniae compossofforibus feudi coinvestitura non in solidum, vti mores maiorum ferebant, sed pro rata concedi coepit, (coepit autem inde ab aeuo *Io. GEORGII I. Electoris Saxoniae,*) in vtramque partem disceptata fuerit, atque in problema abierit. Perscrutatus ego leges patrias nulla ibi inueni praefidia, nec illud ipsum recentissimum editum feudale a. d. xxx April. cccclxxiv publicatum, quod coinvestituram pro diuisio, obseruantia introductam, confirmavit, perspicuam normam decidenda quaectionis propofitae co-

A

gnoui



gnoui praestare. Neque enim consilium legislatoris fuerat, omnia iura, quae ex feudo constituto vasallis competunt, multo minus ordinem succedendi, quippe qui non domini directi, sed ipsorum vasallorum iura concernit, accuratius describere, verum, ut ex legis prologo patet, ea tantum praecepere, quae a vasallis ac simultanei inuestitis maxime circa inuestituram eiusque renouationem obseruari debeant. In hoc tanto legum patriarchum silentio cum pro ingenio quisque suo iuris rationes, ex quibus solis quaestio proposita dirimi debet, subduceret, necessario factum est, ut inter Ictos, quorum est, de his caussis iudicare, dissensiones exorirentur, quae hodienum largissimam litibus materiem praebent. Quare operae pretium me facturum opinor, si hoc iuris feudalis Saxonici caput traetem atque, vtrum in successione in feudum commune coinvestiti compositores simultanei in vestitis potiores sint, disquiram. Evidem non dubito, fore plerosque, qui me iuuenilis temeritatis adfusent, quod hoc argumentum meae disputationis elegerim, in quo mihi exiguae aut nullius potius auctoritatis homini cum principibus Ictis pugnandum esset, nec mei generis hominum videretur esse, inter viros doctos dissentientes pronunciare et velut arbitrium recipere; Haec non nego a consilio meo meo deterrere potuisse; Sed idem ego haud diffiteor, animum id mihi maxime addidisse, quod curiam, quae Dresdae floret, feudalem, per Praefidem cognorim eandem, quam ex iuris rationibus defensurus sum atque propugnaturus, sententiam fouere ac tueri. Quare huius libelli, si non alia, haec cer-

18003

6e

te dos erit, ut non tam nouae singularisque opinionis portentum edat, quam potius eam proponat sententiam, quae ipso rei usu in patria obseruatur. Iam ne incertis limitibus vaga erret disputatio, hunc in pertractando, quod mihi sumsi, argumento sequar ordinem, ut primum coinuestituram eiusque a simultanea inuestitura discrimen ac utriusque effectus explicem, id quod ideo haud omittendum esse censui, quia in illis sunt quaedam quasi semina argumentorum, quibus deinceps in ipsa causa vtar; Deinde sententiam iuris feudalis tum Longobardici, tum Germanici, de proposita quaestione exponam; Denique, patrocinio causae coinuestitorum compessorum in me suscepito, argumenta iuris patrii colligam, quibus ea defendi queat.

### §. I.

#### *De coinuestitura.*

Feudi dominium utile tribus absoluitur iuribus <sup>a)</sup>). Complectitur primo ius de ipsius feudi substantia secundum leges feudales disponendi, quod proprietatem seu dominium in sensu eminenti vocant; deinde ius, omnes fructus et ordinarios et extraordinarios ex feudo percipiendi atque de his pro lubitu disponendi; denique ius, feudum possidendi. *Inuestitura*, qua eiusdem rei dominium clientelare vel vni vel pluribus confertur, est vel *singularis* vel *simultanea in sensu*

A 2 gene-

<sup>a)</sup> Cf. Consultiss. Chrift. Lebr. SEYFERTI diff. de dominio feudorum utili. (Lipf. 1780.)

+ + + + +

*generali accepta b).* Simultaneae investiturae ea inest vis, ut pluribus de eodem feudo pure inuestitis tribuat condominium clientelare seu communionem sive plenam sive minus plenam. Potest enim vnius eiusdemque rei dominium clientelare plurimum pluribus per simultaneam inuestitiram vel *eodem modo* ac ita conferri, vt feudum omnium simultanee inuestitorum fiat commune, adeoque omnia iura, quae dominio vtili insunt, ad consortes eiusdem feudi coniunctim pertineant, vel *diuerso modo* ac ita constitui, vt alter ius possidendi feudum eodemque vteri fruendi consequatur, reliqui autem vsumfructum et possessionem feudi haud prius nanciscantur, quam si vasallus possessio eiusque heredes descendentes defecerint. Inter eos, qui eodem modo de feudo simultanee inuestiti sunt, plena communio feudi obtinet; inter eos autem, qui diuerso modo de feudo simultanee inuestiti sunt, minus plena communio, quippe tantum ad ius proprietatis restricta persistit, vim in eo exserens, vt simul inuestiti non modo, quoisque viget stirps possessoris feudi, quem *vasallum principem* vocant, iure prohibendi, ne de feudo in ipsorum fraudem disponatur, indeque descendente iure, consensum in quamcunque feudi alienationem impertiendi fruantur, sed etiam, stirpe vasalli possessoris extincta, plenum condominium vtile et quoad fructuum perceptionem atque possessionem ipsa successione in feudum consequantur. Prout iura, quae dominio clientelari insunt, cum pluribus simul inuestitis diuersatione communicantur, diuersae simultaneae inuestiturae

spe-  
b) Ge. Lud. BOEHMER *Principia iur. feud.* §. 113.

species exinde nascuntur, quae a doctoribus iuris feudalis uno nomine designantur, licet easdem specialibus nominibus distinguere diversae, quae inter utramque intercedunt, rationes suadeant. Quare in curia feudali Saxonica, quae Dresdae floret, dudum in usu esse cooperunt diuersae appellationes, quibus confessores simultanei inuestiti ab iis, qui successionis causa simultaneam inuestitaram adepti sunt, secernuntur, siquidem illi *coinuestiti* ac inuestitura, quae iis fit, *coinvestitura*, hi autem *simultanei inuestiti* (*Mitbelebente*) atque inuestitura, quae iis tribuitur, *simultanea inuestitura* in sensu strictiori appellantur. His specialibus nominibus ad secernendos diuersos simultanei inuestitos et in hoc libello ut liceat. *Coinvestitura* igitur nobis est, *qua pluribus idem feudum ita constituitur, ut ii in plenam communionem condonii clientelaris puri recipiantur.* Hanc Longobardis aequa ac Germanis usitatam fuisse ex legibus eorum feudalibus abunde patet veluti I. F. 1. §. 1. I. F. 14. §. 2. II. F. 12. II. F. 18. II. F. 85. *Auct. vet. de Benef. P. I. §. 83. Iur. feud. sax. c. 34. e) Iur. feud. Alem. cap. 4. §. 4. d) cap. 37. e) cap. 103. §. 3. f) Iur. feud. Bauarici cap. 45. g)* Haec loca de *coinvestitura*, qua feudum nouum pluribus aequali ratione confertur, intelligenda sunt, non autem de eo casu, vbi feudum, cuius causa singularis in-

A 3 vesti-

e) apud Henr. Chriſt. de SEN-  
KENBERG in Corp. iur. feud.  
Germ. ex edit. Illastr. EISENHA-  
R. T1 p. 286.

d) apud eundem p. 33. 1. 1. G  
e) apud eundem p. 70.  
f) apud eundem p. 131. 4. 1. G  
g) apud eundem p. 221. 1. 1. G

vestitura data erat, mortuo vasallo deuolutum est in eius plures heredes descendentes, qui deinde in feudi communionem transeant. His tanquam successoribus in feudo tantum ad renouationem inuestiturae singularis patri factae obligatis et si non detur coinuestitura, tamen haec ipsa renouatio inuestituae, cum a pluribus successoribus fiat, vim coinuestiturae habet. Ita Feudista *Omnes, inquit b), filii eius, qui feudum acquisuit, fidelitatem facere debent: maxime si induisum habent.* Apud veteres Germanos id erat in more positum, ut non omnes defuncti vasalli filii renouationem inuestiturae requirerent, sed unus ex illis eligeretur, qui inuestitaram tum pro se tum nomine reliquorum accipiebat. Adeat, qui huius rei probationem exigit, *Auct. veter. de Benefic. i) Ius feud. Alem. k) Ius feud. Sax. l)*

Iure feudali Longobardico in Germaniam recepto, omnes ac singuli successores inuestitaram renouare tenentur, atque vbi mores Germanorum lege particulari obseruantiaque curiae seruatos esse non constat, ibi unus haud admittitur, ut totius renouationis negotium obeat, sed omnes ac singuli fidelitatem facere tenentur. Atque hoc iure Saxones quoque vtuntur. Ita enim Legislator in *recentissimi editi*  
*feudalium iuris cuiuslibet iuribus id est omnes ab aliis* feuda-

b) II. F. 26. §. 7.

in 1. c. p. 59. p. 63. p. 66. p.

67.

i) P. I. §. 76.

l) cap. 31. apud eundem pag. 280.

k) cap. 24. §. 7. cap. 30. §. 1. 3. 6. Add. Io. SCHILTER in Commentar,  
cap. 32. §. 3. 4. 5. cap. 33. §. 1. ad cap. LII. Iur. feud. Alem. p. 238,  
2. 3. apud SENKENBERGIVM seq.

7

fendalis Tit. I. §. 2. Wenn, inquit, ein Vater nach seinem Tode, zu seinem Lehn-Gutbe verschiedene Soehne verlaesst, — so haben selbige — die Lehn daran in gesetzter Frist — zu suchen.

§. II. Indoles feudi communis per coinuestitaram constituti describitur.

Per coinuestitram feudum inter coinuestitos efficitur commune (Sambtlehen, Gemeinlehen). Feudi communis atque quod exinde oritur, condominii ratio alia est secundum ius feudale Longobardicum, alia secundum mores Germanorum. Ius feudale Longobardicum sequitur principia iuris romani, quae in condominio obtinent. Quemadmodum Longobardica coinuestitura singulis coinuestitis condominium feudale tantum pro rata tribuit <sup>a)</sup>, etiamsi partes feudi communis haud expresse definitae ac singulo conforti assignatae fuerint, ita quoque singulus condominorum, reliquis insciis atque inuitis, gaudet disponendi facultate de parte sua pro indeuso

a) II. F. 85. Si maritus de feudo suae vxoris inuestiatur ea absente, nisi nominatio quasi gerendo vxoris negotium inuestiatur, sibi acquirit feudum ea sciente vel inbente; si vero vterque insimul inuestiatur, PRO PARTE SIBI PROFICI-  
VNT, nisi cum iam dicta distinctio ne factum fuerit. Et dicimus etiam ut si unus ante alterum sine haerede decesserit, quod alterius pars domino acquiratur.

diuiso<sup>b</sup>). Longe alia vero est indeles feudi communis secundum mores Germanorum. Coinuestitutae Germanis visitiae ea est natura ac ratio, ut eiusdem rei condominium clientelare pluribus *in solidum* conferatur, ipsique intuitu feudi velut pro vna habeantur persona, id quod etiam innuunt formulae, passim in litteris inuestitutae obuiac: *in die Gemeinschaft der Leben setzen, zum Gemeiner setzen in die Leben*<sup>c</sup>). Quare totius feudi dominium vtile ad omnes, qui id *coniunctam manu accepere, coniunctum pertinet, adeo, ut non solum feudi possessio ac fructuum perceptio omnium coinuestitorum communis fit, sed etiam ius de ipso feudo disponendi non nisi ab omnibus coniunctum exerceri possit, nec valida sit dispositio ab uno, reliquis inconsultis, suscepita.* Cuius rei documenta luculentissima extant in veterum consuetudinum collectionibus, veluti *lur. feud. Alem. cap. 81. §. 2. d)* Ob zwey mann mit einem gut belebent seind von einem herren, und den nucz beyde habent. der ein darr on den andern das gut dem Herrn nit auffgeben noch mag keinen wandel domit thun dass er dem andern geschaden wüg es sey dann dass sy sich mit dem leben und mit dem nucz von einander teylen. cap. 37. §. 5. e). Alle dieweile sy ein gut mit einander haben, die mit einander be-

*EDITIONES ETATIUS QUITA  
b) Io. Iac. REINHARDT in De-  
duct. die Gemeinschaft als ein wahr-  
rer Grund der Erbsolge und der ein-  
zige Grund der Lebensfolge derer  
Seitenverwanten (1755) in fol. p.  
146.*

*c) Io. SCHILTER de simulta-  
nea inuestitura principium imperii cap.  
II. §. 4.  
d) apud SENKENBERGIV in  
l. c. p. 115.  
e) apud eundem p. 70.*

belebent seynt. Es mag einer dem andern nicht darab geleihen, noch aufsgeben noch nichet thun mit dem lebhengut wann der mann aus dem gut keinen teyle empfangen haett. Er mag auch keinen teyl jemands leiben noch aufsgeben das er des dye anderen nicht erinnere. *Jur. Feud. Sax. cap. 34. f)* Die weil *f* (fratres) ein gut zusammen habent die zusamene beletet sin ir nichet enmac an de andern nichet teil darab geliken noch lazen da erz deme andern mite verne wend des der man nicht einen theil entphangen kan des en mac her ni cheine teil geliken noch gelazzen. Sunt haec, opinor, satis luculenta, nec vltiore disquisitione indigent. Ceterum hoc obseruare attinet, mores Germanorum in Saxonia Electorali hodienum seruari: id quod vel ex iis patet, quae Serenissimus Princeps Elector Saxoniae in resolutione ad praeliminaria ordinum prouincialium d. d. viii. Febr. c10cc. data *g*) constituit: *Alldie weil, wenn mehr als einer in gesampter Lehn an einem Guthe stehen, vermoige der Lehn-Rechte einem jedweden derselben die Mitelehnshaft in solidum zukommt, und solche nur sodann wenn eine wückliche Theilung geschiehet, gebrochen wird, dabingegen, wenn die uebrigen mit Gelde oder sonst abgefunden werden, dieselben in effectu zur succession nicht gelangen, sondern derjenige, der das ganze Gut auf diese Mase an sich bringet, solcher allerdings krafft seiner in solidum habenden Mitelehnshaft erhaelt.*

*f)* apud eundem p. 281.

*g)* in Cod. Aug. T. I. p. 366.

---

 §. III.

*De coineſtitorum compoſefforum iure ſuccedendi in  
feudum commune.*

Si, mortuo vno coineſtitorum compoſefforum feudi, heredes deſcendentes ſint ſuperſtitēs, in hos ius, quod de- functo conforſti in feudo communi competierat, ſucceſſione deuoli consuetudines tum Longobardorum <sup>a)</sup> tum Germanorū <sup>b)</sup> inter ſe conſentiantur. Si vero idem abſque he redi- bus deceſſerit, vtrum eius ius in ſuperſtitēs conforſtes tranſeat, an ad dominum direc- tum redeat, iura Longobardo- rum et Germanorū inter ſe diſſentiantur. Secundum iura Longobardorum coineſtitura compoſefforibus feudi mu- tuam ſucceſſionem non tribuit, quia ſi plures de eodem feudo inueſtitī ſunt, ſingulis eorum non in ſolidum, ſed pro rata ſeu pro diuifo cenſetur facta eſſe inueſtitura, etiamſi partes feudi communis haud expreſſe definitae ac ſingulo conforſti aſſignatae fuerint. Quare vi huius inueſtiturae pro rata fa- cetae ſingulo conforſti eiusque heredi- bus deſcendentibus non niſi ius pro rata in feudo communi acquiritur, atque iure alterius conforſis extin- cto, pars feudi communis, quae ipſius fuerat, ad dominum direc- tum redit, non vero ſuperſtitē con- forti

*a) II. F. II.*

*b) Iur. feud. Snx. cap. 34. apud*

*SENKENBERGIVM in l. c. p. 281.*

*Di wile auch ſie (die Brüder) daz  
gut zuſamene haben stirbet in einer*

*fein Kint trit in des vaters flat und*

*bebelt fein gut gemeine mit den Vet-  
tern als ifein vater bat. Idem legitur*

*in Iur. feud. Alem. cap. 37. §. 4.  
apud eundem p. 70.*

11

forti successio in parte feudi pro diuisio communis competit, nisi pactum inuestiturae fuerit adiectum <sup>c)</sup>). Haec autem tantummodo de feudo nouiter acquisito intelligenda sunt. Nam quod ad feudum antiquum attinet, in hoc successio agnatis a primo acquirente sanguinem ducentibus haud negatur, sed ex sola primi acquirentis inuestitura competit, siue diuisio feudi peracta sit, siue eiusdem communio adhuc salua persistat <sup>d)</sup>). Longe alia autem ratio successionis in feudo communi, quae apud veteres Germanos obtinebat. Et enim cum his solenne fuerit, pluribus de eodem feudo inuestituram in solidum seu pro indiviso concedere, huius inuestiturae natura ita ferebat, ut, uno ex coinuestitis sine heredibus defuncto, superstites eorumque heredes feudum, quod haec tenus penes omnes fuerat, vi ipsius inuestiturae pro indiviso acceptae in solidum iure suo consequerentur <sup>e)</sup>), etiam si huius rei nulla in lege inuestiturae iniecta fuerit mentio. Adcommodate rem exprimit b. Io. Godofredus BAVERVS, *Concursu quidem, inquiens f)*, simul inuestiti suo modo partes faciunt, verum tamen, uno eorum deficiente, reliqui in eius portionem non tam succedunt, quam eam vi sua

B 2

reti-

c) I. F. 1. §. 2. I. F. 8. §. 2. I. F. 14. §. 2. II. F. 12. pr. II. F. 18.

f) in diff. de origine et progressu  
communis Saxonum manus (Lipsl.

d) I. F. 8. §. 1. I. F. 12. I. F. 14. §. 1. II. F. 15.

1740) §. 11. et in Opusc. acad. ab

e) Iur. feud. Alem. cap. 4. §. 3. apud SENKENBERGIVM in I. c. p. 33.

auctoris filio Henr. Godofredo, Viro

cap. 103. §. 3. apud eundem p. 131.

Summe Reuerendo ac Magnifico ador-

nat. (Lipsl. 1787.) T. II. p. 200.



*retinent inuestiturae.* In hanc rem exemplum litterarum reversalium Theodorici domini ab Altena eiusque consanguinei Wilhelmi de Horne, de eodem feudo coniuncta manu a comite Hollandiae anno 1200. inuestitorum adduxit ex Anton. MATTHAEI not. ad res Ultraiectinas p. 98. vbi haec: *Quicunque vero nostrum scilicet ego et consanguineus meus absque heredibus moritur, alius praefata bona, QVAE COMMUNI MANV TENEMVS IN FEVDO A COMITE, SOLVS RETINEBIT.* Hac in re folius inuestiturae in solidum factae ratio habetur, non vero simul agnationis. Quare per coinvestituram communio feudi et inter extraneos constitui potest <sup>2)</sup>, proindeque duobus fratribus de eodem feudo coinvestitis, si alter eorum condominium suum extraneo consentientibus iis, quorum interest, vendiderit et alter sine prole deceperit, ad extraneum superstitem vi coinvestitae totum feudum deuoluti equis dubitet? Perspicue de hac re statutum est Iur. Francic. vulgo *Kayserrecht* dicti Lib. III. cap. 31. <sup>b)</sup>. *Wo tzweye brüder sint Dy lehn met enander han vnn benodiget den eynen daz her sin lehin verkouffen myß eyne frembden manne Der sal wißin ob der bruder sterbet der sin lehin nicht verkovft ane lehin erbin Daz sin kint dy von eine geborn werden Daz das lehin vellet uf den der sich in das lehin gekoufft hat, vnn nicht uf den bruder der sin lehin recht an dem gude gekoufft hat sint in des riches rechte siet geschrebin*

Wer

<sup>2)</sup> *Iur. Francici* vulgo *Kayser-Recht* dicti Lib. III. cap. 12. apud SENKENBERGIVM p. 16.

<sup>b)</sup> apud eundem in l.c. p. 26.


Wer sich in lebin kouffet met dez keyfers rechte Der sat ex  
belehint sin met daz keyfers gute.

Iura, quae confortibus vi coinuestiturae in feudo com-  
muni competunt, salua persistunt, quoad diuisio feudi non  
suscepta fuit. Feudo autem communii diviso, ex moribus  
Germanorum inter confortes mutua successio in parte feudi,  
quae ex diuisione singulis cessit, tollitur, adeoque conforte  
absque prole defuncto, superstitibus successio in illius parte  
diuisa non datur, sed haec feudi portio aperta ad dominum  
directum redit <sup>i)</sup>). Haec luculentissime patent ex iisdem,  
quas supra allegauimus, collectionibus consuetudinum Ger-  
manicarum. *Vetus auct. de Beneficiis P. I. §.84.* ita: *Si au-  
tem voluerint ab inuicem separari absque licentia domini, diui-  
dant inter se secundum libitum totaliter concessum beneficium. Sed  
postea illorum nullus in parte alterius aliquod ius habebit, cum  
alter obierit, nisi suscepereit a domino expectationem in benefi-  
cio. Iur. feud. Sax. cap. 34.* Man mac v'l brudern ein gut  
liben ab sie ez mit gesameter hand empfahen und gliche gevvere  
daran haben wollen sie aber sich scheiden mit deme gute sie tei-  
len iz unter sich ane des herren urlaub wye si wollen. Swenne  
aber sie sich beteylen ir nichen bat recht an des andern gute  
ab der andere stirbet em si anderwerde daz gedinge daran gelegen  
di wile ouch sie daz gut zu/amene haben. *Iur. feud. Alem. cap. 37. §.3.* Wann aber sy sich mit dem gut also beteylen, so  
hat ir keiner an des andern gut nichz. und stirbt ir einer on-

B 3

lehens

<sup>i)</sup> Ge. Lud. BOEHMER de feudi communis diuisione; in *Ej. Observ.  
jur. feud.* p. 214 seq.



lebens erben. des teyl ist dem herren ledig. Idem legitur in Iur. feud. Bavario cap. 45 <sup>k</sup>). et Francic. Lib. III. cap. 12. 25 <sup>l</sup>). Huc etiam pertinet paroemia iuris feudalnis *Theilung bricht gesammte Hand.* Cum itaque, communione feudi per diuisionem sublata, ex moribus Germanorum nulla detur successio, fuere, qui exinde hoc stabilire tentarint principium, *omnis successionis fundamentum iure Germanico positum esse in condominio.* Haec sententia, cuius auctorem esse constat Henr. Chrlf. SENKENBERGIVM <sup>m</sup>), inter viros eruditos nacta est quamplurimos et fautores et propugnatores. Sed nec defuere, qui, oppugnata hac sententia, aliter sentirent, atque fundamentum iuris succedendi in feudo non nisi ex coinestituta aut simultanea inuestitura petendum esse statuerent <sup>n</sup>). Quorum sententiam et nos amplectimur. Quamquam enim per coinestitutaram condominium seu communio feudi plena constituatur atque per simultaneam inuestituram communio feudi minus plena seu quoad proprietatem tantum, aut iis, qui prima inuestitura comprehensi sunt, facta feudi diuisione, conservetur, aut extraneis, quorum loco et agnati habentur, qui a primo acquirente sanguinem non ducunt, acquiratur, tamen ipsa communio ponit coinestitutram aut simultaneam in vesti-

- <sup>l</sup>) apud SENKENBERGIVM in I. c. p. 221.  
<sup>l</sup>) apud eundem in l.c. p. 16. 24.  
<sup>m</sup>) in primis lineis condominii pro in diuiso seu ganerbivatus (Goett. jur. feud. (Lipf. 1783) cap. 24. 1736.)
- <sup>n</sup>) Lud. Frid. lob. GRVB in diff. de fatis ordinis succedendi in feuda legitimis (Stuttg. 1779) I. L. E. FÜTTMANN V. C. in Obseruat.

vestituram tanquam causam seu, vt vocant, conditionem, sine qua non. Quare accuratius differere mihi videntur, qui causam ab effectu fecernentes fontem ac originem successio-  
nis feudalis in illa cum GRV B IO quaerunt. Hic *Condomini-  
um*, inquit <sup>o)</sup>, meo iudicio non quidem pro fundamento  
omnis successioris feudalis germanicae ponendum est: est tamen  
conditio, sine qua non, ipsum autem ius succedendi ex primi ac-  
quirentis inuestitura derivatum est, conservari vero potuit et  
debet, facta diuisione, per reservationem condominii. Iam e  
diuerticulo in viam redeamus. Coinuestiture Germanicae  
eam vidimus esse naturam atque indolem, vt, uno coinue-  
stitorum absque prole mortuo, superstites confortes succe-  
sione in parte feudi pro indiuiso communis gaudeant. Hi an  
in hac successione inuestituram renouare teneantur, adhuc  
inquirere attinet. Iure feudali Longobardico coinuestitis in  
partem feudi, quae ad mortuum confortem pertinuerat, ex spe-  
ciali lege inuestiturae succendentibus obligationem inuestiturae  
renouandae impositam esse ex ipsa natura coinuestiturae Lon-  
gobardicae patet. Etenim haec singulis pro rata facta, proin-  
deque non nisi ius pro rata in feudo communi concessum esse  
intelligitur. Quare si consors vi pacti specialis ad successio-  
nem in parte alterius absque prole defuncti admittatur, muta-  
tio in manu seruiente ea interuenit, vt renouatione inuesti-  
turae opus sit. Longe alia est veterum Germanorum de hac  
re sententia. Cum enim vi coinuestiturae germanicae, vt  
supra vidimus, singulis coinuestitorum condominium utile in

<sup>o)</sup> in l. c. §. 29.



solidum conferatur, consequens est, vt, vno coinvestitorum absque heredibus descendantibus defuncto, ius, quod huic in feudo communi competierat, superstibis accrescat, vel potius nil decrescat, adeo, vt hoc in casu nulla plane mutatio contingat, quare renouatione inuestiturae iamiam in solidum factae opus fit *p.*

*p) Io. Andr. HOPMANN de si- fidentibus morte unius ad renouatio- nul inuestitis feudum indiuividum pos- nem non ad strictis (Marb. 1760).*

#### S. IV.

*De simultanea inuestitura in feudo communi impetrata  
et eiusque effectu maxime intuitu successionis.*

A coinvestitura, quam haec tenus ex iure tum Longobardorum tum veterum Germanorum descripsimus, maximopere differt simultanea inuestitura in sensu speciali sic dicta, qua idem feudum, quod vasallus princeps, vt appellatur, possidet, aliis, quos *simultanee inuestitos* vocant, futurae successonis causa constitutitur. Illa de feudis indiuisis fit omnibus simul inuestitis aequali ratione et principaliter, h. e. vt quae ex feudo constituto vasallis competit, iura omnibus siant communia; haec autem de quibuscumque feudis etiam diuisis fit atque hanc habet indolem ac naturam, vt simultanea inuestitis feudi condominium utile purum, attamen, quoad stirps vasalli principis viget, usufructu ac possessione feudi destitutum tribuat, atque iidem, stemmate vasalli possessoris

ex-

extincto, plenum dominium utile et quoad possessionem et fructuum perceptionem ipsa successione in feudum consequantur. Ibi una tantum interuenit inuestitura, quae omnes complectitur coniunctim inuestitos; Hic autem tot sunt in vestiture, quot in communionem dominii utilis successionis causa recipiuntur. Simultanea inuestitura in feudo vel novo vel antiquo impetratur, atque doctrinæ causa a lo. Aug. HELFELDIO <sup>a)</sup> illa noua et haec reservata appellatur. Vtrique et in feudo communis locus datur. Quod ad nouam simultaneam inuestituram attinet, pluribus, qui de feudo novo co-investiti sunt, perinde ac vni possessori feudi nouiter acquisiti in Saxonia Electorali inde ab anno 1690. ipso iure <sup>b)</sup> facultas competit, aliquot sive agnatos sive extraneos domino directo simultanea inuestiendos offerendi, adeo, ut dominus directus oblatis simultaneam inuestituram concedere teneretur, nisi iusta recusationis causa interuenerit. Nec minus in feudo communis antiquo simultanea inuestitura acquiri et potest et debet ad ius succedendi in feudo conseruandum. Ante omnia tenendum est, ex moribus majorum feudum non nisi ad vasalli descendentes transire, iisque defientibus successionem ad latus non diuergere, sed feudum ad domi-

num

<sup>a)</sup> in Element. jur. feud. §. 231. in Cod. Aug. T. I. pag. 366. Decret.

<sup>b)</sup> Lebn. Mandat a. d. 12. Nov. a. d. 17. April. 1700. ibid. p. 1975.

1691. §. 5. in Cod. Aug. T. I. p. 1974. Edict. feud. a. d. 30. April. 1764.

Add. Mand. a. d. 4. Mart. 1698. in Tit. VII. §. 1. Godofr. Lud. MEN-

Cod. Aug. T. I. p. 1975. Decret. ordin. prouinc. dat, a. d. 8. Febr. 1700. uuenie de jure offerendi simultanea in- (Vitemb. 1724.)

C

\* \* \* \* \*

num directum reuerti. In hoc principio omnes consuetudinum Germanicarum compilatores conspirant<sup>c)</sup>). Quare feudum ad plures deuolutum, si vni ex illis id vel totum, vel pro parte cessum fuerit, vasallo sine herede mortuo, ad dominum directum reuertitur ac nulla est legitima agnatorum in feudo diuisio successio. Quae cum ita sint, agnatis a primo acquirente descendantibus, si posthac, puta extincta stirpe vasalli possessoris, in feudum diuisum cessumue successuri sint, hoc ius aliunde quaerendum erat, siquidem ius in feudo communi competens per illius diuisionem cessionemue extinctum censemebatur<sup>d)</sup>). Principio agnati sanguinem a primo acquirente descendentes impetrare studebant euentualem investituram (*gelebne Geding*), qua in futurum euentum feudi aperti successionem in eo consequerentur. Sed cum euentualis inuestitura a sola domini directi gratia pendeat atque euentuale tantum dominium vtile seu in euentum, quo vasalli eiusque heredum iura exticta sint, successionis causa tribuat, postea in cautelam abiit, vt feudum diuisuri aut vni ex pluribus totum cessuri pacto adiecto fibi prospicerent et ad condominium feudi successionis causa conseruandum nanciscerentur simultaneam inuestituram, quippe quae tum ius purum

<sup>c)</sup> Aut. Ver. de Benef. P. I. §. 24.  
25. Iur. feud. Sax. cap. 6. 21. apud SENKENBERGIVM in l. c. p. 267.  
274. Iur. feud. Alem. cap. 18. §. 2. apud eund. p. 48.

<sup>d)</sup> Vet. Aut. de Benef. P. I. §. 83. 84.  
Iur. feud. Sax. cap. 34. apud SENKENBERGIVM p. 281. Iur. feud. Aleman. cap. 37. §. 2. 3. apud eundem p. 70.

purum et praesens tribuit <sup>e)</sup>), tum a domino directo, si ea per  
tita fuerit, denegari nequit. Quae olim apud Germanos in-  
valuit simultanea inuestitura, ad ius succedendi in feudum  
agnatis conseruandum comparata, eadem et hodiernum vi-  
get tum in imperio R. G. inter nonnullas gentes illustres <sup>f)</sup>),  
tum in quamplurimis Germaniae prouinciis, vbi prifica iura  
Germanica seruata sunt, e quibus Saxonia nostra eminet. Et-  
enim, iure Longobardico in Germania inualecente, succe-  
sio agnatorum ex solo iure sanguinis descendens, in patria  
non adoptata fuit, sed principes Saxonie mores maiorum  
constanter tuiti sunt. Augustus quidem Elector Saxonie,  
quem patrium ius, vti omne civile, ita etiam feudale noui-  
mus constitutionibus suis anno seculi decimi sexti LXXII.  
promulgatis quasi fundatis, in *Conf. XLV. P. II.* non solum  
quaestionem tunc temporis controuersiis doctorum agitamat,  
an simultanea inuestiti ad inuestituram iisdem casibus reno-  
vandam obstricti sint, quibus et principalis eiusdem feudi va-  
fallus obligatur, decidit, sed etiam mores maiorum de simul-  
tanea inuestitura ad agnatorum successionem in feudo anti-  
quo necessaria confirmavit, idque in Edicto, quod, precibus  
ordinum prouincialium in comitiis Torgauiensibus anno  
cl<sup>o</sup> LXXXII. propositis, anno inseculo a. d. VIII. Maii, pro-

C 2

mul-

e) *Ge. Lud. BOEHMER Princip. §. 2. seq. in Ej. Opuscul. academ. T. II.  
jur. feud. §. 163. Io. Godofr. BAVER pag.*

*de indole et natura inuestituras feu-  
dalium §. 10. IDEM de forma ac de-  
finitione communis Saxonum manus*

*f) Ord. Consil. Aul. de an. 1654.  
Tit. III. §. 12.*

~~~~~

mulgatum fuit <sup>g)</sup>), repetit Idem et in recentissimi editi<sup>i</sup> feudal. Tit I. §. 1. denuo confirmatum fuit. Quod speciatim ad feudum commune attinet, ibidem <sup>b)</sup> de hoc ita statutum est: *Gleichwie aber, wenn bey Theilungen und Anfaellen, ein Bruder oder Mitbelehrter, dem andern seinen Anteil an dem Lehnsgutbe überlaesst, die Lehn, worinnen die Contrahenten vorhin mit einander gestanden, vermoeg Saechsischer Rechte, gebrochen wird; Also muss derjenige, welcher seinen Anteil dem andern an dem angefallenen Guthe verkauft oder abtritt; wenn er ihm künftig succediren will, sich die gesammte Hand, wenigstens bey der Lebns-Auflaßung vorbehalten und in geboeriger Zeit erneuern.* Cum simultanea inuestitura non aliam ob causam introducta fit, quam vt consolidatio feudi impediatur, iis ad successionem vocatis, qui alias nullo iure succedendi gaudent <sup>i)</sup>, consequens est, vt subfidiarium tantum ius in feudo succedendi tribuat <sup>k).</sup> Etenim vbi ea, consentiente vasallo, a domino directo in feudo siue nouo siue antiquo conceditur, animus vasalli consentientis is tantum esse intelligitur, vt simultanee inuestiti tum demum ad successionem vocentur, vbi vasallus possessor absque sobole feudi capace decepit, siquidem ipse, feudo acquisito, vi inuestiture acceptae sibi suisque descendantibus vel ex iure vel ex lege inuestiture capacibus.

<sup>g)</sup> In Cod. Aug. T. I. pag. 137. taneom et euentualem impedita (Goett, seq. 1757.)

<sup>b)</sup> T. I. §. 6.

<sup>i)</sup> Ge. Lud. BOEHMER de feudi BERG in primis lineis jur. feudi consolidatione per inuestituras simul. §. 250.

<sup>k)</sup> Henr. Christ de SENCKEN-

cibus prospexit censetur. Vasallo itaque absque prole feudi capace defuncto, successio in feudo ad simultanei inuestiti quidem deuoluitur; attamen ante omnia id spectandum est, vtrum hi vno eodemque iure succedendi gaudeant, an quidam ex illis potiores sint. Si simultanei inuestiti vnius generis supersint, omnes ac singuli aequali iure ad successionem admittuntur. Sin vero et noui et antiqui, seu, vti a Car. Ferd. HOMMELIO<sup>1)</sup> appellantur, nati seu necessarii, ac oblati seu voluntarii concurrant, illis ius succedendi praecipuum prae his competere ex ipso intelligitur fine, ob quem oblati ex consensu vasalli possessoris simultanea inuestitura concedatur. HOMMELIVS quidem contrariam sententiam fouisse videtur. Ita enim Neque, inquit<sup>2)</sup>), vlla inter natos et oblatos, sive quae eadem res est, inter consanguineos et extraneos, est diuersitas, quia iure Saxonico ipsi agnati extranei habentur, nemque suus in beneficio, nisi filius, heres est. Sed vereor, vt recte haecce se habeat sententia, quae refutari potest vel ex ipso principio, quod HOMMELIVS attulit<sup>3)</sup>, statuens, hodiernam inuestitutam simulaneam nihil aliud esse, nisi quandam in integrum restitutionem, et in se fictionem continere eam, vt quod diuisum est beneficium, non diuisum videatur. Si itaque agnati, post diuisiōnēm seu cessionem feudi factam, vi impetratae simultaneae inuestiturae in communione feudi perstissit singuntur, quo quaeſo, iuris colore simultanei inuestiti noui aequale ius succedendi in feudo.

C 3

cum

1) in Obiectam: jur. feud. obf. XIX.      2) in l. c. p. 139.  
p. 145.      3) ibidem.

~~~~~

cum antiquis depositant? Qui enim a possessore feudi noui domino directo simultanee inuestiendi oblati ius communis manus nocti sunt, vi huius haud prius, quam extinto primi acquirentis stemmate, in feudum succedere possunt, etiamni casus successionis in lege oblationis non expresse definitus fuerit. Quousque igitur ex iis, qui a primo acquirente descendunt, superstes est feudi capax, simultanee inuestiti noui seu oblati ad successionem in feudo haud vocati censentur. Nec hic successionis casus immutatus intelligitur, licet unus alterue ex posteris primi acquirentis a communione feudi deuoluti recesserit iusque praefens, quod sibi in feudo delato seu communi competierat, reliquis cesserit, reseruata sibi simultanea inuestitura. Nam illa cessio concernit tantum iura eorum, inter quos ea peracta est, aliis vero, veluti simultanee inuestitis nouis, quemadmodum non nocet, sic quoque non professe potest ad ius succedendi potius, quam quod simultaneae inuestituree nouae inest, ipsis acquirendum<sup>o).</sup> Quare simultanee inuestitis nouis ius in feudo succedendi haud prius nascitur, quam si omnes in inuestitura primi acquirentis comprehensi defecerint, siue in communione feudi persistenterint, siue ab eadem recesserint, reseruantes sibi successionis causa simultaneam inuestituram.


§. V.

<sup>o)</sup> arg. Tit. C. Quibus res iudicata non nocet. Rem Inter alios acta vel iudicata aliis non nocere.

## §. V.

*Coniecta causa, demonstratur, coimuestitis ius in feudo succedendi praecipuum p[ro]ae sim[ul]tanee imuestitis competere.*

His ita constitutis, iam lubet rem per indicem quasi exponere, quae hoc in libello vocetur in quaestionem disceptationemque. Iuuabit, opinor, exemplum delineare atque hoc schema lectorum oculis subiicere:



Titius igitur, feudo acquisito, tres fratres 1. 2. 3. domino directo simultanee inuestiendos obtulit, ac deinde decepsit, quatuor filii A. B. c. d. relictis, in quos feudum deuoluuntur. Cum fratres non omnes in communione feudi persistere velint, ex his duo c. d. ius praesens, quod ipsis in feudo delato competit, accepto pretio, reliquis A. B. cedunt, referentes

+ + + + +

vantes sibi futurae successionis causa simultaneam inuestitram. Compositore feudi A. eiusque filio E. postea absque prole feudi capace defuncto, quaestio mouetur, ad quem portio feudi, quae compositori E. fuerat, deuoluatur, vtrum tantum ad reliquos feudi compositores coinuestitos, F. G. H. I. an simul ad simultaneae inuestitos tum antiquos k. l. m. n. tum nouos, 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Quod attinet ad hos, ipsis in exemplo allato ius succedendi nondum natum esse ex iis patet, quae in antecedente §. disputauimus. Quare tantum coinvestitorum compositorum et simultaneae inuestitorum antiquorum causa agenda est. Quaestio mota, cum in legibus non sit decisa, Ita in eius decisione ex rationibus iuris inewnda in varias abierunt sententias. Sunt, qui coinvestitis eompositoribus nullam in successione praerogatiuam prae simultanei inuestitis competere existimant, in quorum numero est *Geb. Christ. BASTINELLERVS et Carl. Ferd. HOMMELIVS.* Ille sola, inquit <sup>a)</sup>, feudi communio aut possessio prouindiuiso citra expressam conuentionem et domini directi consensum vni agnato vel simultanei inuestito, prae reliquis feudi successoribus, ceteris scilicet paribus, nullam tribuit praerogatiuam. Vt huic sententiae auctoritatem conciliet, anno 1715. secundum eam a collegio Iectorum Vitebergenium iudicatum esse refert. Hic ita <sup>b)</sup>: *Quaesuit aliquis: si duo beneficia vnius quondam domini ita di-*

*visa*

*a) in Decad. thes. feudal. (Viteb. 1729.) Thes. I. insert. a V. C. Car. Frid. ZEPERNICK Analect. iur. feud. T. I. p. 411,*

*b) in Oblegiam. iur. feud. obsf. XIX. §. 8.*

visa fuissent, ut maiori filio Petro vnum praedium, duobus vero notu minoribus Comeftori atque Gratiano alterum ita adsignaretur, ut bi quidem in commune possiderent, Petrus autem suas ab his separatas rationes feiunctim haberet, seruata tamen virinque ei retenta simultanea inuestitura: quaeſuit inquam: Vtrum Comeftoris decedentis partem Gratianus ſolus habere debeat, Petro exkluso? Respondi, Petrum non remouendum eſſe. Sed HOMMELIUS postea meliora edoctus fententiam mutauit <sup>c)</sup>, statuens, simultanea inuestitos a compossessoribus feudi excludi. Atque eandem fententiam tueretur venerabilis et annis et meritis Ge. Lud. BOEHMERVS. Hic inter fraries, inquit <sup>d)</sup>, indiuifim feudum poffidentes, alter alteri improli defuncto ſuccedit: adeo ut ſi inter plures fratres duo pluresue in communione feudi perfeuerarint, reliquis fratribus, ſalua et reſeruata simultanea inuestitura dimiſſis, INTER SOLOS FRATRES COMPOSSSEORES SIT FEVDI SVCCESSTIO, NEC COINVENTITI (quos exemplo curiae feudalis Dresdenis simultanea inuestitos appellamus) FRATRES CVM HIS CONCVRRANT. Huic fententiae etiam celeberr. I. L. E. PÜTTMANNVS <sup>e)</sup> accessit. Qui de hoc arguento diſputarunt, in eo conſentire videntur, quod tota haec cauſa non niſi ex moribus veterum germanorum, quibus coinuestitura, vti et simultanea

<sup>c)</sup> in Rhaps. quaefl. obf. 779.

<sup>e)</sup> in Elementis iur. feudal. §. 359.

<sup>d)</sup> in diff. de ſucessione feudalii fra-

et in Ej. Obſeruat. iur. feud. (Lipſ.

trum fratrisque liberorum) (Goett. 1783) cap. XXV.

1768.) cap. II. §. 4.

+ + + + +

nea inuestitura introducta hodienum in curiis feudalibus Germaniae obtinet, aestimari debeat. Etenim omnes, quos allegauimus, doctores iuris feudalis et ipse adeo BASTINELLERVS iniiciunt mentionem *compositionis feudi pro induiso*, quam non ex Longobardicæ, sed Germanicae coinuestitutæ natura descendere supra vidimus. Iam vero ea est indoles ac vis coinuestitutæ compositioribus feudi pro induiso seu in solidum factæ, ut ipsi intuitu feudi communis pro vna habeantur persona atque uno ex illis absque fobole defuncto, in eius portionem reliqui superstites non tam succedant, quam eam vi inuestiturae in solidum acceptae retineant *s*). Qui autem a feudi communione recessere, omne ius in feudo communi ex illa inuestitura competens dimisissæ censentur, indeque ad successionem in feudo tunc quidem, ubi reliqui consortes deceperint, adspirare possunt, nisi communem manum consecuti fuerint. Atque cum haec non nisi subsidiarium tribuat ius succedendi, quod post mortem demum possessoris eiusque heredum nascitur, prono alio sequitur, ut simultaneæ inuestiti haud prius, quam deficientibus omnibus feudi compositioribus coinuestitis ad successionem in feudo vocentur. Itaque coinuestitis praerogativa in successione p[re]a simultaneæ inuestitis ipso iure competit, nec opus est domini directi consensu, quem BASTINELLERVS falso requirit ad ius præcipuum succedendi coinuestitis acquirendum. Etenim in definiendo ordine succedendi plurium eorundemque diuersorum successorum feu-

*f*) §. 2. huj. disp.


daliump

dalium nulla plane habetur ratio consensus domini directi, siquidem illorum successio in feudo iura domini directi non concernit, nec huius quicquam interest, quo ordine ad successionem veniant inuestiti. Inter hos cum coiuestiti praerogativa prae simultanee inuestitis vi consuetudinis ac ipso iure gaudeant, a domino directo frustra interponitur consensus, atque ne ipso quidem volente ius succedendi praecipuum coiuestitorum in eorum fraudem immutari aut restringi potest.

### §. VI.

*In Saxonia Electorali ob coiuestitaram pro diniso in feudo  
communi introductam nis succedendi praecipuum coiu-  
vestitorum prae simultanee inuestitis dubio non  
videtur vacare.*

Cum Germania hodie duplici regatur iure feudali, altero Longobardico, altero Germanico, haud mirum est, quod in dubitationem et quaestionem abierit, vtrum pluribus de eodem feudo coniunctim quidem, attamen indefinite inuestitis, pro coiuestitura Longobardica eiusque iuribus, an potius pro Germanica capienda sit prae sumtio. In hoc certamen nos iam committere nolumus, patriae tantum mores explicaturi. Saxones quidem constat, vt iuris patrii prae ceteris tenaciores, in peregrinis autem iuribus recipiendis difficiliores fuisse, ita et in hoc de coiuestitura argumento vsque ad seculum XVI. mores maiorum integros seruasse, nec passos esse, vt, Longobardorum iure in Germaniam recepto,



isti in patria tollerentur. Quare pluribus de eodem feudo  
 coniunctim inuestitis non pro rata, sed in solidum facta cen-  
 sebatur coinuestitura, vi cuius altero ex coinuestitis feudi  
 compossefforibus sine prole defuncto, pars feudi, quae ipsius  
 fuerat, reliquis obuenit, nec his obligatio coinuestituram re-  
 nouandi incumbit, nisi diuisio feudi communis suscepta sit.  
 Hoc haud obscure declarat acerrimus iuris Saxonici vindex  
 ac defensor AVGVSTVS I. Elect. Saxoniae in Conf. XLV.  
 P. II. vbi *Gleicher Gestalt*, inquit, *só wird die gesammte Hand*  
*und Anwartung, durch Theilung derer Leben-Güter, vermoegte*  
*Saechsischer Rechte, gebrochen; und derowegen sollen die, so sich*  
*getheilet, UND HIEBEVOR DIE GESAMMTE HAND (co-*  
*inuestituram) GEHABT, alsdenn anderweit Verneuerung des*  
*Gesamtnisses in gebührlicher Frist, erlangen, die ihnen auch*  
*unweigerlich gelichen werden soll*<sup>a)</sup>. Postea vero sensim pau-  
 latimque ingens hac in re facta est mutatio, duplice coinuesti-  
 tura in feudo communi introducta, cuius altera ad formam Lon-  
 gobardicae efficta videtur, altera veteris Germanicae coinuesti-  
 turae reliquias continet. Cuius mutationis causa non in studio  
 curiae feudalis aut augendi taxam feudalem aut imminuendi iura  
 vasallorum quaerenda est, sed ii ipsi, qui recentiori aeuo co-  
 inuestituram de eodem feudo petierant, isti mutationi, quin  
 miserae peregrini et domestici iuris mixtioni occasionem pree-  
 buisse videntur. Etenim singuli ex pluribus intuitu feudi com-  
 munis

<sup>a)</sup> Gebb. Christ. BASTINELLER per feudi diuisionemmittitur. (Viteb.  
 de simultanea inuestitura, quatennus 1742.)

munis vel nouiter acquisiti vel ad eosdem devoluti, ex  
 Ictorum consilio tum coinvestitaram pro rata, tum commun  
 nem manum quoad partes feudi, quae ad reliquos consortes  
 pertinebant, successionis causa impetrare studebant, non tam  
 ex iuris necessitate, quam ex consilii prudentia, ut scilicet non  
 solum ius pro rata in feudo communi nanciscantur, sed etiam  
 ius succedendi in partes reliquorum consortium, ut ex ipsa  
 natura coinvestiturae Germanicae descenderet, aduersus prin  
 cipia iuris Longobardici pro iure communi per Germaniam re  
 cepti tutum praestarent atque in tanto doctorum diffensu de  
 vtriusque iuris auctoritate extra omnem dubitationis aleam  
 collocarent. Quod initio curia feudal is precibus potentis de  
 dit, id postea inde a GEORGII I. Electoris Saxonie aeuo  
 ita in obseruantiam abiit, ut curia feudal is Saxonica plures  
 de eodem feudo non in solidum inuestiret, sed eorum sin  
 gulis tantum inuestitaram pro rata, simulque communem ma  
 num quoad partes reliquorum consortium, si ea *speciatim* fue  
 rit petita, concederet atque huius duplicis inuestiturae (*zu  
 ihren Antbeilen und mit gesamter Hand gegen einander*) ex  
 pressam in breui testato (*Lebenschein*) faceret mentionem<sup>b)</sup>. Curia feudal is Saxonica eo libentius precibus  
 vasallorum duplarem inuestitaram potentium indulxit, atque  
 ut ea in obseruantiam abiret, passa est, quo magis haec  
 commodis ipsius domini directi admodum data esse vide  
 batur.

D 3


b) Vid. Gotthelf Frid. LOCH-  
 MANNI Opere, ad successionem feu  
 dalem in Saxonia Electorali spez.  
 (Lips. 1767) §. 10.

batur. Etenim, vno ex composessoribus feudi ex more maiorum in solidum investitis absque prole defuncto, cum superstites ratam feudi, quae defuncti fuerat, consecuti inuestitaram pro indiuiso acceptam renouare haud tenerentur, dominus directus non poterat non ignorare, quot et quos habet vasallos, licet hoc scire ipsius multiplici de causa et maxime ob ius de feudo aperto disponendi intersit. His igitur domini directi rationibus adprime consentanea est inuestitura, quae pro diuisio seu pro rata concedi solet, quia ad huius renouationem in casu mortui sine prole composessoris superstites obstricti sunt. Quae ex hac ratione inde a GEORGII I. temporibus in curiis feudalibus Saxoniae Electoralis sensim paulatimque inualuit, duplex inuestitura atque huius in casu mortui composessoris renouandae necessitas <sup>c)</sup>, in novissimo edicto feudali anno ccccclxiv. publicato confirmabatur atque ille vetus curiarum mos incerta consuetudine vagans lege certa regebatur. Iuuat ipsa legitima verba *ex Tit. I. §. 2. apponere: Wenn ein Vater nach seinem Tode, zu seinem Lehn-Guthe verschiedene Soehne verlaesst, oder das Lehn, durch des Besitzers, ohne Hinterlaßung Leibes-Lehns-Erben, erfolgten toedtlichen Hintritt, auf verschiedene Mitbelehnte faeller, so haben*

<sup>c)</sup> Haec obligatio et ad eos similitudinane inuestitos, qui iure possidendi feudum, coque vtendi fruendi nondum potiti sunt, producta fuit, ut ipsi in eodem casu mortui composessoris renouationem inuestiturae in-

tuit partis feudi ab ipso reliquae petere ac impetrare teneantur, sive hic improlis decesserit, sive heredes descendentes reliquerit. *Edit. feudal. Tit. I. §. 2. Adde §. 10. eiusd. Tit.*

haben selbige, sie moegen in communione zu verbleiben gesonnen  
 seyn, oder nicht, die Lehn daran in gesetzter Frist, JEDER ZU  
 SEINEM ANTHEIL UND ZUGLEICH DIE GESAMMTE  
 HAND GEGEN EINANDER, an ihrer Brüder oder Mitlebns-  
 Erben Antheilen, VERMOEGE DER BEY HIESIGER LEHNS-  
 CURIE HERGEBRACHTEN OBSERVANZ zu suchen, und  
 daferne waehrender Communion einer von denen Mitbesitzern, oh-  
 ne Leibes-Lehns-Erben stirbet, und sein Antheil auf die übrigen  
 verfaellet, es in Ansehung der Renovation, eben also zu halten.  
 Haec dispositio etsi tantum ad feuda ex investitura primi acqui-  
 rentis in plures descendentes deuoluta pertineat, tamen etiam  
 ad feuda a pluribus nouiter acquisita extendenda esse videtur,  
 adeo, vt plures feudum vi propriae inuestitutae acquisituri in  
 curia feudali eodem, quo plures descendentes aut simultanea in-  
 vestiti, ad quos feudum ex inuestitura maiorum deuolutum est,  
 modo inuestiantur, siquidem hic eadem, ex qua ibi duplex  
 inuestitura introducta est, ratio interuenit. Quid multa? Ar-  
 gumentum haud leue praebet Electorale rescriptum a. d. xxxi.  
 Maii an: ccccclxxxvi. in quo alii rescripto a. d. xxiv. Sep-  
 tembr. ccccclxxvii. derogatum atque hoc constitutum est,  
 vt si is, qui feudum primus acquisiuit, non impetrata inue-  
 stitura, deceperit, eius descendentes vtriusque sexus de eo-  
 dem feudo tanquam de nouiter acquisito inuestiri possint, in-  
 deque etiam filiabus eiusque descendantibus feudi capacibus  
 non solum inuestitura pro rata, sed etiam communis manus  
 quoad partes consortium concedatur. His itaque de dupli-  
 citate



inuestitura, quae inde ab *Io. GEORGII* I. aeuo in feudo communi introducta est, expositis, accedamus iam ad quaestio-  
nem diadicandam, vtrum prisa succedendi ratio inter coin-  
vestitos immutata fuerit, an ius succedendi praeципuum praे  
iis competit, qui a communione feudi recedentes simultaneam inuestituram sibi reseruarunt? Haec quaestio eo pro-  
fecto diligentius excutienda esse videtur, quo maiora inter ictos  
deprehenduntur sententiarum diuertia, aliis simultaneis inuesti-  
tos a feudi compossefforibus hodienum excludi existimantibus,  
aliis contrariam tuentibus sententiam. Video, pro hac id spe-  
ciosè dici posse, quod coinvestiti ad mutuam successionem hodie  
simultanea egeant inuestitura, indeque, cum intuitu succep-  
tionis non nisi iure simultaneae inuestitorum censendi sint, ius  
succedendi praे simultaneae inuestitis praeicipuum, quod inue-  
stiture pro indiuiso inest, amiserint, nec plus iuris in suc-  
cessione feudali sibi arrogare posse videantur, quam quod re-  
liquis simultaneis inuestitis competit. Sed rationes, quibus  
contraria sententia ac praeicipuum ius succedendi coinvesti-  
torum praे simultaneae inuestitis defendi queat, haud deesse  
videntur, quas proferre iam atque exponere luet.

§. VII.

## §. VII.


Quod coinuestitis ex more Germanorum competit, ius succedendi praecipuum prae simultanee inuestitis, per duplarem inuestituram ex iure Saxonico Electorali in feudo communis recens introduxit haud ita transmutatum est, ut coinuestiti ac simultanei inuestiti aequali iure ad Successionem admittantur.

## Argumentum I.

Ac PRIMO quidem Legislator Saxonum veterem succedendi rationem, quae ex moribus maiorum inter composfiores feudi coinuestitos obtinet, nec expresse immutauit, nec id facere voluisse censendus est. Hoc rectius diiudicari intelligique nequit, quam si ius succedendi ab ordine succedendi distinguatur. Illud, cum non nisi inuestitura constitutatur, nemini competit, nisi qui a domino directo inuestituram acceperit, aut eadem ex legis dispositione comprehensus sit; *Hic autem varia ratione, non tantum lege obseruantiaque, sed etiam dispositione speciali eorum, quorum interest, faluo iure succedendi, definiri potest sine domini directi consensu.* Etenim ordo succedendi tantum iura successorum feudalium concernit, nec domini interest, quo ordine ad successionem veniant, qui ex ipsis consensu ac inuestitura ad eam vocati sunt. Iam, vt haec ad nostram causam transferamus, simultanee inuestitis perinde ac composfessoribus coinuestitis domini directi auctoritate ius succedendi datum fuit, sed quo iudicem ordine ad successionem in feudo admittantur, domini directi nil interest. Si specialis ordo successionis ab ipsis suc-

E

cessori-



cessoribus, quorum interest, non fuerit definitus, talis ordo succedendi inter eosdem obseruari debet, qualis ex moribus maiorum vi coinuestiturae obtinet, quiue supra <sup>a)</sup> a nobis descriptus est. Atque hic successionis ordo tamdiu placuisse praesumitur, donec aliud actum esse ex idoneis rationibus appareat. Ast alius omnino ac aequalis et coinuestitorum et simultanee inuestitorum ordo succedendi introductus esse videtur, ex quo Germanica coinuestitura pro indiuiso apud Saxones in desuetudinem abiit, atque constitutum fuit, vt singuli ex confortibus eiusdem feudi tum coinuestituram pro rata, tum communem manum quoad partes reliquorum consortium impetrare teneantur. Res salua est. Etenim vti coinuestitura pro rata non nisi in commodum domini directi ac ideo introducta est, vt in casu mortui compossefforis aut factae diuisionis feudi, reliquis ad renouationem inuestiturae obligatis, dominus directus hac ratione comperiat, quot habeat vasallos, ita simultanea inuestitura, qua hodie composseffores ob mutuam successionem egent, in eorum fraudem non ita explicanda est, ac si composseffores iure succedendi pra nudis simultanee inuestitis praecipuo, quod olim ipsis competierat, per illam simultaneam inuestituram recens introductam priuati, hodie plus iuris, quam quo ceteri simultanee inuestiti gaudent, sibi afferere indeque simultanee inuestitos a successione excludere nequeant. Quid enim? In successione simultanea inuestitorum in feudo definienda non solius simultaneae inuestiturae ratio haberi, sed et id spectari debet, vtrum omnes ac singuli simultanee inuestiti sint

<sup>a)</sup> §. III.

ex

ex uno eodemque genere, qui aequali succedendi iure gaudent, an minus, vti simultanee inuestiti oblati et antiqui. Si unus pluresue ex consortibus feudi ab huius communione recedentes fibi simultaneam inuestitiram reseruarint, hancque a domino directo impetrarint, exinde reliquis, qui, praevia oblatione a composessoribus feudi noui facta, communem manum a domino directo consecuti sunt, eo nomine ius aequale succedendi ecquis statuat tributum esse adeo, vt simultanee inuestiti oblati vna cum antiquis ad successionem adspicere possint? Immo hos ceu coniunctiores illis ceu minus coniunctis in successione potiores esse nemo negat. Etenim dominus directus ordinem succedendi inter diuersos successores feudales non immutare, sed eum potius saluum conseruare voluisse praesumitur, quandoquidem ordo succedendi iura domini directi plane non concernit, eique perinde est, quo ordine successores feudales in feudo succedant. Haec ratio, nisi egregie fallor, et in nostra causa obtinet. Composessores feudi olim iure succedendi praecepit prae simultanee inuestitis gauisfos fuisse supra effecimus, atque idem composessorum ius dominus directus haud imminuisse censeretur: id quod etiam ex sequentibus luculenter patebit.

### §. VIII.

#### *Argumentum II.*

Deinde simultaneam inuestitiram composessorum feudi, salua eorum in successione praerogativa prae nudis simultanee inuestitis, inuestam esse ipse legislator haud obscure de-

E 2

clara-

~~~~~

clarauit, constituenſ <sup>a)</sup>), poſt mortem vniuſ ex compoſefforibus feudi tum reliquos ſuperftites, intuitu partis feudi ad iſpos deuolutae, ad iueſtituram petendam, tum ſimultanee iueſtitos, illo caſu mutationis exiſtente, ad communem manum renouandam obſtricatos eſſe. En ipſa verba Tit. I. §. 2. Und oſchon in dem erſtern Fall, daſerne nehmlich das Lehniguth auf des Besitzers Kinder devolviret wird, die Mitbelehten die geſammte Hand nur ueberhaupt mit ſaemtlichen Leibes- Lebns- Erben, an dem gantzen Gut zu ſuchen, gehalten ſind, ſo moegen ſie ſich dennoch, wenn einer von denen Compoſefforibus waeb- render Gemeinſchaft mit oder ohne Kinder verſirbet, die geſammte Hand an deſſen Antheile zu renoviren keinesweges entbrechen. Wie es denn auch, wenn das Guth etlichen derer naehesten Mitbelehten zugleich anfaelli, und einer dertſelben, bey noch fortdawender Gemeinſchaft abgebet, von denen Remo- tioribus um ſo viel mehr eben alſo zu halten iſt, da dieſen die geſammte Hand mit denen ſuccedirenden Mitbelehten nur ueber- haupt an dem gantzen Guthe zu ſuchen, nicht frey ſlehet. Item §. 10. Alſo find auch, wenn mehrere Vasallen ein Lehniguth gemeinſchaftlich beſitzen, und einige von denenſelben in Labres- Friſt, jedoch zu diſferenten Zeiten mit oder ohne Hinterlaſſung Leibes - Lebns- Erben, verſterben, ſowohl die Mitbelehte, als die noch lebenden Compoſeffores, in Anſehung der an denen hinterlaſſenen Antheilen, zu beſolgenden reſpectiue Lehn und geſammten Hand, ein gleiches zu beobachten verbunden. Si igi- tur, vno ex compoſefforibus feudi absque prole deſuncto eius-

<sup>a)</sup> Edic̄. feud. de an. 1764. T. I. §. 2. et 10.

eiusque parte feudi ad reliquos superstites deuoluta, simultanei inuestiti ex legislatoris voluntate tantum communem manum renouare teneantur, ipsos vna cum coinuestitis compositioribus non ad eandem successionem vocari inde facile colligi potest, quia simultanei inuestiti ad successionem admissi non communem manum renouare, sed principalem inuestitiram petere obstricti sunt. Aet videor contrariae sententiae fautores atque defensores audire obloquentes, non omne dubium cum puluisculo sublatum esse, quandoquidem dispositio in locis allegatis tantum de nouis simultanei inuestitis intelligi et possit et debeat. Nae gratis hoc sumitur, nulla redditus ratione idonea illius interpretationis restrictiuae. Verba Edicti feudalis allegata sunt generalia, adeo, ut aequa de antiquis ac de nouis simultanei inuestitis intelligi debeant, praesertim cum desit causa, quare ea ad hos restringenda sint.

§. IX.

*Argumentum III.*

Quemadmodum itaque dominus directus praerogatiuam coineftitorum prae simultanei infeftis faluam atque integrum esse voluit, sic quoque eandem esse mentem eorum, quorum interest, ex pactis, quae inter ipsos hac de re iniri solent, colligi potest. Qui ex compositioribus a communione feudi recedentes pactum diuisionis ineunt, ius, quod ipsis in feudo communi competierat, reliquis in communione perfis-

E 3

sten-

+—————+—————+

stentibus, accepto pretio, cedunt, iisdemque vi diuisionis, quae vicem emtionis obtinet <sup>a)</sup>), ius in feudo acquiritur, acquisitumque accedente inuestitura firmatur. Ius eorum, qui diuisionem feudi inierunt, iure germanico antiquo, apud Saxonem hodienum seruato, extinctum esse censetur, adeo, ut illi, qui suum in feudo communi cessere, ne tunc quidem successione gaudent, vbi omnes feudi composessores deserint, nisi legem diuisioni feudi adiecerint atque eo nomine simultaneam inuestitram a domino directo impetrarint. Hac autem impetrata non nisi ius succedendi subsidiarium, quod extinctis demum omnium composessorum iuribus nascitur, tributum, nec vero id actum esse intelligitur, ut uno, ex composessoribus defuncto, nudi simultanei inuestiti perinde ac superstites composessores successione in feudo gaudent, siquidem huic aequali successioni cessio iuris, quae diuisioni feudi ineft, ac mens eorum, qui feudi diuisionem suscepere, maximopere repugnat. Quare firmiter mihi habeo persuasum, eos, qui iure suo in feudo communi se abdicarunt, licet ob futuram successionem simultaneam inuestitram impetrarint, tamen ob suscepitam feudi diuisionem successioni in feudo tamdiu renunciasse, quamdiu superstites sunt feudi composessores.


§. X.

*a) I. I. C. Communia utriusque iudicii.*

## §. X.

## Argumentum IV.

Si denique hac in re auctoritati rerum iudicatarum par est plurimum tribuere, sententia, quam defendimus, hoc argumento haud destituta esse videtur. Etenim non solum fe- natus aulicus, qui Dresdae floret atque simul vicem curiae feudalis sustinet, eandem sententiam olim tuitus est, sed et iam summum in patria tribunal (*Appellations-Gericht*), quippe cui causae iurisdictionis feudalies contentiosae a curia feu- dali demandari solent, in eiusmodi litibus, ubi inter com- posseffores coiuictitos et simulantie inuestitos de successio- ne in parte feudi, quae defuncti compoffessoris fuerat, difce- ptatum fuit, hos ab illis excludendos esse iudicauit. Ne id temere dixisse videar, lube exempla, a *Gotthelff Friderico LOCHMANNO*<sup>a)</sup> relata, huc afferre: *Casus*, inquit, *exitit circa annum 1726. in illustri Domo Comitum de Solms quum mor- tuo patre Ottone Henrico quinque eius filii feuda paterna inter se diuididerent adeo ut tres fratres iuniores scil. Otto Wilhelmus, Ioannes Georgius et Augustus Philippus tanquam possesseffores in- dividisi feudo Pouch dicto fuerint inuestiti, coniunctam manum fratribus natu maioribus reseruantes.* Mortuo enim uno com- possessorum Augusto Philippo nulla relicta mascula prole, nemo nisi reliqui duo possesseffores indiuisi Ioannes Georgius et Otto Wil- helmus, qui in aliis annis postea sup. *lubet* sicut et auct. *belmus* et si ead. *casus* ministrorū amicorumq; multib; esbat  
<sup>a)</sup> in Observationibus ad successionem feudalem in Sax, Elect, spec. §. m.  
*apud*



belnus in partem defuncti succedebant, neutquam vero fratres natu maiores simultanei inuestiti vna cum reliquis coinvestitis in hoc casu successioni adspicere poterant, sed communis tantum manus ab illis erat renouanda. Et recentissimum eiusmodi exemplum nobis praebent fratres quatuor de Feilisch, qui circa annum 1748. diuisiōne feudorum paternorum constiuebant, ita, ut fratres duo natu maiores feudo Tannhoff, iuniores autem feudo Treuen untern theils inuestientur, coniunctam sibi inuicem in feudo alterius manum reseruantes. Quum vero unus Compossefforum feudi Treuen neque relictis heredibus feudali bus morte obierit, fratres natu maiores simultanei inuestiti vna cum fratre coinvestito in feudum Treuen succedere cupientes litem mouerunt, sed a curia feudalī causa fuit decisa pro fratribus defuncti coinvestito, neque votorum compotes facti sunt fratres simultanei inuestiti, qui tamen communem renouarunt manum.

Quid igitur multa? cum quaestio proposita obseruantia supremorum in Saxonia collegiorum decisa esse videatur. Quanquam olim in hac re vna et consentiens fuerit sententia istorum collegiorum, tamen recentiori aeuo, quo duplex inuestitura compossefforum inde a tempore *Io. GEORGII I.* obseruantia introducta, anno 1764, in nouissimi Edicti feudalis *T. I. §. 2.* expresse confirmata fuit, supremus prouocatio num Senatus a curia feudalī, quae sententiam, cuius defendendae praefidium suscepimus, hodienum fouet, hac in re dissentire coepit, quod composseffores hodie pro rata inuestiantur,

stantur, atque cum ob futuram successionem communī manu opus habeant, non plus iuris fibi in successione arrogare possint, quam quod reliquis simultanee inuestitis competit. Quamquam decisio causarum feudalium secundum ius curiae fieri debeat <sup>b)</sup>, atque, nisi egregie fallor, ea de causa prudentissimo consilio id in patria constitutum esse videatur, ut lites feudales a senatu prouocationum non nisi praesentibus duobus consiliariis aulicis tanquam paribus curiae a Praefide senatus aulici ex latere nobilium ablegatis, cognosci ac decidi queant <sup>c)</sup>), tamen optabile est, ut quaestio proposita lege certa atque scripta dirimatur, quo disceptationibus tandem inter haec suprema collegia, quae in his rebus inter se consentire publice interest, materies subtrahatur.

*Iam veniam pro laude peto: laudatus abunde,  
Non fasiditus si tibi, Lector, ero.*

*b) Ge. Lud. BOEHMER de decisione causarum feudalium secundum ius curiae* (Goett. 1768).

*c) Ordin. Appellat. nov. de an. 1734. in C. A. Tom. I. p. 445.*

---

### COROLLARIA.

#### I.

Qui ius feudale naturale ad nugas et commenta Dd. referendum esse statuunt, accuratam illius iuris notionem haud videntur conceperisse.

#### II.

Hodie e re publica esse videtur, nexus feudalem plane tolli.

#### III.

Lapidicinae in fundis priuatorum ad regalia principis haud referendae sunt.

---

F

GENE-

GENEROSISSIMO DOCTISSIMO QVE

DOMINO

G V N T H E R A B V N A V

E Q V I T I M I S N I C O

S. D. P.

IO. ADAMVS THEOPHILVS KINDIVS.

**C**um ante hoc triennium ciuitati nostrae Academicae adscriptus Perillustris patris *TVI* auctoritate ad fidem et disciplinam *TE* meam contulisses, tam praeclaras in *TE*, Generosissime, animi ingeniique dotes esse intellexi, et si eas studiose, quemadmodum fecisti, excolueris, certo augurari possem, *TE* talem futurum, qualem Patria *TVI* que Parentes essent exoptaturi. Quod quidem augurium meum ipso cumentu iam comprobatum esse, impense lactor. Longum prosectorum foret, modestiam, humanitatem, temperantiam, viuendi agendique prudentiam, ceteraque virtutes *TVAS*; quibus omnium animos *TIBI* conciliasti, iustis laudibus prosequi. Sed unum est, quod uti silentio plane non possum praetervire, ita vere atque ex animi mei, a turpi adsentandi libidine pariter ac simulato laudandi studio abhorrentis, sententia praedicare debeo, eam in *TE* esse animi ingeniique praestantiam, quae vel omnis nobilitatis expertem, nobilitare sola valeat. Majorum enim im-

imagines numerare, fortunae, paeclare facta imitari, virtutis est. Iam gentis quidem *TVAE* summa merita annales memoriae prodiderunt. Rebus domi militiaeque sapienter ac fortiter gestis Maiores *TVI* tantopere inclauerunt, ut hodie nemo sit, quin Bunaiano nomini venerabundus assurgat. At vero *TV*, Domine Generosissime, non ita patrum vetustas imagines intueris, ut paeclaris eorum facinoribus superbias, sola scilicet nativitatis sorte contentus, sed ut aemulandi studio incensus, illorum virtutes imitando proprium *TIBI* decus, propriam virtutem adsciscas, memor aurei illius dicti:

Tota licet veteres exornent vndeique cerae  
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.

Hoc igitur sensu imbutus, cum hanc nostram bonarum litterarum officinam adiisset, paeclaras *TVAS*, quas naturae beneficio accepteras, ingenii dotes, omnibus bonis artibus excolare tam acri studio coepisti, ut cuncti, quorum disciplina vtebaris, summis *TE* laudibus efferendum existimarent. Cuius rei publicum adeo documentum extare voluit Academia nostra, beneficio Besuchefiano ex auctoritate S. R. Dathii, Senioris Academiac, *TIBI* collato. Atque eam munificentiam dignissimo contigisse, testes sunt, quotquot et tempore, quo Besuchefiana liberalitatis memoria recolebatur, *TIBI* que partes oratoris demandatae erant, *TE* differentem de origine ac progressu nobilitatis Germanicae audiuerunt. Finito autem cursu Academico, cum *TV*, Domine Generosissime, studiorum *TVORVM* rationem iis, quorum iudicium et fauorem magni faciebas, redditurus, libellumque academicum emissurus, a me nuper peteres, ut ex Iurisprudentiae paecipua quadam parte argumentum *TIBI* tra-

Etan-

\* \* \* \* \*

etandum feligerem, ego quidem auctor *TIBI extiti*, ut quæstio-  
nem ex iurisprudentia feudali, quam in deliciis habere soles, de-  
promitam eandemque admodum controversam explicares, hac fere  
tum ratione usus, quod in hoc maxime genere, quantum ingenio ac  
iudicio polleres, demonstrare posses. Atque huic auctoritati meae,  
libello bocce *TVO* ad perlegendum mibi oblato, cognoui tam præ-  
clare satisfactum esse, ut *TIBI* eum laborem vehementer gratula-  
ver. Sed ut modestiae *TVAE* parciam, de *TE* nihil amplius dicam,  
neque illa quidem, quæ dixi, commemorassim, nisi ipsa *TV A* vir-  
tus et laus ea vel inuitu extorqueret. Itaque, Generofissime animoque  
meo carissime, hoc *TIBI* confirmo et perfuasissimum esse cupio, me  
maximopere lactari, quod me potissimum in huius *TVAE* disputa-  
tionis societatem venire volueris. Ex animo opto, ut hic libellus viam  
*TIBI* ad Patronos muniat, qui *TE* benivolentia et præsidio suo  
amplexi, ad eum dignitatis gradum attollant, quem virtus, probi-  
tas et doctrina *TV A* merentur. Hace autem vota hanc irrita fore,  
cum certo sperare licet, cum summo illi viro, cui libellum *TVVM*  
sacrum esse voluisti, elegantissimo eidem ingeniorum aestimatori, non  
prosperus displiceris. Ita vale, Domine Generofissime, et, id quod  
iterum iterumque summa animi contentione a *TE* peto, quam mihi  
bucusque demonstrasti benivolentiam, eandem in posterum mihi serua!  
Scripti e museo a. d. X. Decembr. CICIO CCLXXXVII.

\* \* \* \* \*


**ULB Halle**  
003 335 402

3



*St.*





1787.12.

N 50

*Fe*

PROBLEMA  
IVRIS FEVDALIS SAXONICO-ELECTORALIS  
NVM IN SVCCESSEIONE  
**IN FEVDVM COMMVNE  
COINVESTITI COMPOSSESSORES**  
SIMVLTANEE INVESTITIS POTIORES SINT?

---

DISSERTATIO  
Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII AVCTORITATE  
P R A E S I D E

*JO. ADAMO THEOPHILO KNDJO*  
JURISCONSULTAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, IMPREHENSORE IN  
PROVINCIA CURIAE ADIESENORE, JURIS SAXONICI PROFESSORE  
PUBL. ORDIN. ACADEMIAE LIPSIENSIS SYNDICO.

A. D. XIII. DECEMBER. A. C. N. CLXXXVII

IN AUDITORIO ICTORVM  
DEFENDET  
A V C T O R  
*G V N T H E R A B V N A V*  
EQUES MISNICVS.

---

LIPSIAE,  
EX OFFICINA KLAVBARTHIA.